

- ad vestigia ipsius principis nostri coniunxisemus iterum per eius voluntatem et iussionem et pro mercede et lumine eius vel gentis eius . . concedimus. Dat. . . a. ducatus II. . . per ind. XV. sub Gundualdo actionario'. Reg. Farf. 17; Galletti, Gabio p. 84; Troya 607. **186**
- Jul. 7. In palacio Papia. Ratchisi regis praeceptum 'septima die mense Iulio in regno tertio per ind. XV'. datum, quo concesserat Liminoni presbytero casas vel res in fundo Suresele loco qui dicitur Ursianica, citatur in placito a. 843, Febr. Lupi I, 699; Troya 609; Hist. patr. mon. XIII, no. 12, no. 149. **187**
- Jul. Luca. Aurimo vir honorabilis tradit Petro terram suam in loco ad S. Paulo in clausura et recipit ab eodem 'in viganeo' partem eius 'de casa in loco Apulia. Regn. d. n. Ratchis . . . a. III. mense Iulio, ind. XV'. Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 25 no. 39; Troya 608. **188**
- Aug. 5. In curte Carbonaria. Rachis rex fines territorii per missos suos Giselpert et Gumpert inquisitos monasterii S. Columbani Bobiensis, cui Anastasius abbas praeerat, constituit. 'Anno . . regis nostri tertio decimo' ('decimo' delendum) 'ind. XV'. Ex apogr. tabul. Bob. ed. Muratori, Ant. I, 517; Troya 610. **189**
- 746, Sept. — 747, Sept. 1. Clusio. Alolfus vendit Rodfrido 'terrulam in fundo Matiani' sol. 2. et trem. 'Regn. . . Radchisi . . a. III. per ind. XV'. Ex or. arch. dipl. Florent. ed. Brunetti I, 521 no. 37; Troya 599. **190**
- Nov. 2. Spoleti in palatio. Lupo dux (Spoletinus) concedit Fulcoaldo abbati petenti, ut eius soror in monasterio S. Petri in Classicella resideat, submittit idem monasterium regimini monasterii S. Mariae (Farfensis). 'Dat. . . a. ducatus . . III, ind. I., sub Godefrido gastaldio'. Reg. Farf. 18; Troya 611. **191**
748. Ind. 1— Spt. 1—2; Ratchis a. 4— Spt. Oct. —5.
- Mart. 13. Pisas. Liutpert qui et Centolus archidiaconus Pisanae ecclesiae aegrotus tradit Bighiberto qui et Maccio, consobrino suo, praesentibus Iustino episcopo et aliis clericis ac laicis Pisanis, medietatem omnium rerum suarum. Dehinc Liutpert et Bighibert testamento constituunt, ut ipsis mortuis servi et ancillae sui libertatem accipiant ea conditione, ut mundium eorum sit in potestate ecclesiae S. Mariae vel episcopi Pisani, 'et per omne casa per singulos annos dare debeant ad casa S. Mariae exenio trimissale'. Charta scripta est a Iohanne episcopo. Ex or. arch. archiep. Pis. ed. Orlendi, Orbis sacer et profanus II, 2, 920; Muratori, Ant. III, 1025; Brunetti I, 524 no. 38; Troya 617. **192**